

debere: nec ab illa quocunq; Pretextu ex-  
emptos esse, ipsisq; Commissarios illos vi-  
sitare, corrigere, reformatre atque ad obedien-  
tiam præstanda recusantes penit Ecclesiastis  
& alijs opportunitis remedij [iuxta Or-  
dinis constitutiones] coercere posse, ac debe-  
re: sicq; per quoscunquè Ministros, & Supe-  
riores eiusdem Ordinis, aliosque iudices  
Ordinarios, & delegatos, sublata eis, & eorum  
cuilibet quauis aliter iudicandi, & inter-  
pretandi facultate, & auctoritate ubique iu-  
dicari, & diffiniri debere: irritum quoque,  
& inane quicquid secùs super his à quoqnam  
quauis auctoritate scienter, vel ignoranter  
contigerit attentari. Non obstantibus consti-  
tutionibus & Ordinationibus, Apostolicis,  
ac prædicti Ordinis statutis, & consuetudi-  
nibus etiam iuramento confirmatione Apo-  
stolica, vel quauis firmitate alia roboratis,  
privilegijs quoque indultis & literis Apo-  
stolicis eidem Ordini illiusque Superiori-  
bus, & personis in genere, vel in specie quo-  
modolibet cōcessis, approbatis & innoua-  
tis. Quibus omnibus illorum tenores præ-  
sentibus pro expressis habens hac vice dum  
taxat specialiter & expressè derogat, ceteris

O a s quo